


8620



Rep. XXXIII. 4. no. 98.

6k
GEORGII ADAMI STRUVII,
D. J. U. Prof. Publ.
EXERCITATIONEM FEUDALEM
DECIMAM

De
RENOVATIONE
INVESTITURÆ,
ET LAUDE-
MIIS,
Sub

Ejusdem Præsidio

Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *Πρόματα*
annectit

CHRISTIANUS Thum/
Zittâ-Lusatius.

Ad d. Octobr. Anno
M. DC. LVII.
H. L. Q. C.

JENÆ
à Typographo JOHANNIS NISSE

GEORGI ADAMI TRIVII
EXERCITIVM VNIuersitatis
DRESDENAE

REINOVATIO

NEBENBESTITTE

REI ET LAUDE

CHRISTIANI

CHRISTIANI

CHRISTIANI

CHRISTIANI

CHRISTIANI

CHRISTIANI

I. N. D. N. J. C.

THESIS I.

Ex Julia Repetundarum pertinet ad eos, qui in administratione officii publici, v. c. magistratu, potestate, curatione, legatione, ministeriove publico, quid acceperunt, quo magis aut quo minus officii rationem haberent. *l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. 7.*

& l. ult. ff. d. L. Jul. repetund. Nov. 17. c. 1. pr. Nobiliss. Dn. Praeses in disp. Jur. Anno 1646. edit. Exercit. 40. th. 41.

II. Quanquam verò varia à variis de repetundis pecuniis latae fuerunt II. *Theodor. coll. cr. disp. 9. thes. 1. lit. A.* ultima tamen fuit C. Julii Caesaris. *v. l. 2. §. 32. de O. J. Gædd. tr. de delict. p. 2. c. 9. in pr. hinc L. Julia appellata, Wesenb. π. ad h. n. tit. n. 1.*

III. Requiritur ad hoc crimen 1. ut quis in officio accipiat aliquid, unde non debet. 2. ut officium istud sit publicum. *add. th. 1.*

IV. Aliquando ipso jure praesumitur aliquid acceptum esse 1. si proconsul legatum suum ante se de provincia sua dimittat. *l. 10. §. 1. d. Off. proc.* 2. Si senator navem maritimam habeat. *l. 3. inf. d. vac. mun.* 3. Si magistratus in acceptum ferat opus pub. faciendum, frumentum publicè dandum, sarta tecta tuenda, antequam perfecta probata, praestita erunt. *l. 7. §. 2. h. n. 1.*

V. Judicium hoc repetundarum olim instituebatur in magistratibus provinciales. *Theodor. d. disp. 9. th. 1. lit. A.*

deinde etiam in urbanos *d. l. 6. §. 2. h. t.* Sed & municipales contineri probatur *arg. l. 1. pr. h. t.* non obstat *l. 1. l. 4. d. damn. inf. l. 1. & tt. d. magistr. conven.* Hodie ista constitutio ad omnes æquè pertinet. *Vult. ad §. fin. J. d. pub. Jud. n. 9. & 10.*

VI. Potestatis vocabulo continentur Præfectus annonæ, præfectus vigiliam, quæsitores parricidii, qui dum Magistratus non sunt, potestates appellantur. per *l. 1. quod quisque jur. l. 3. h. t. Gædd. in l. 215. n. 8. d. V. S.* non verò tutor vel curator, etiamsi defraudent suos pupillos, istâ hâc lege tenentur. per *l. 10. Cod. de excusat. l. 3. d. jur. immun. l. 14. §. 1. d. mun. & hon. Theod. l. c.*

VII. Circa Legatos disting. cum *Alber. Gent. lib. 3. d. legato & legatione. c. 17.* utrum munera honoris gratiâ, an verò corruptelæ causa fiant; ista modestè accipi posse putamus. *vid. Schönborn. Politic. lib. 3. c. 18. Anton. Matth. tit. 8. c. 3. n. 3.* & optimè rem exponens *Frederic. de Marselaer in legat. lib. 2. dissert. 45.* Quo pertinet etiam legatus, cui alicujus rei cura extra ordinem injuncta est; item qui à municipibus ad principem legatus est. *arg. l. 4. l. 12. de vac. mun. l. 8. d. legat.* Non obstat *l. 15. de V. S. junct. d. l. 1. d. legat.*

VIII. Cæterùm sub generalibus verbis: *officio, munere, ministerio vè publico,* Comites præsidum, eorumque ministri. *l. 1. C. h. t.* officiales, assessores. *l. 3. C. d. assess.* Cognitores. *l. 3. C. h. t.* & Judices pedanei. *d. l. 3. C. h. t. 39. §. 10. ff. de pen.* Centuriones. *l. 6. §. 2. ff. h. t.* & si qui alii.

IX. Dupliciter autem plerumq; hoc crimen committitur: aut enim i. magistratus vel alius in officio publico constitutus ab invito, aliquid prætextu juris extorquet. *l. 3. l. 5. C. h. t. l. 1. inf. d. concuss. l. 3. C. d. condict. ob*

turp.

turp. caus. quod per concussionem fieri dicitur *d. l. 5. C. h.*
eoque in casu, crimen concussionis publicum fit. *Me-*
noch. arbitr. jud. quest. c. 342. n. 12. aut 2. à volente quip-
pian accipit. *l. 3. l. 4. l. ult. C. h. t. Nov. 8. c. 1. & 2. junct. l.*
1. C. pub. latit. vel conf. lib. 12. vid. Mynsing. 2. observ. 75. in
pr. non obstat l. 1. §. 5. d. extraordin. cognit.

X. *Ampliatur* hoc posterius membrum. 1. etiam si
Judex justè & in bonâ causâ sententiâ ferat. *l. 4. h. t. l. 3.*
C. eod. l. 2. §. ult. d. condit. ob turp. caus. Magnif. D. Car-
pzev. Pr. cr. p. 2. q. 93. n. 61. Justitiæ enim opus venale ef-
se non debet. *c. non licet 9. q. 3. c. 14. q. 5. Perez. in C. ad h.*
nostr. tit. n. 4.

XI. *Ampliatur* 2. Licet Judex nihil promittat, si ta-
men datum accipiat in hanc L. committit. *arg. l. 6. de*
leg. 1. Theod. d. l.

XII. *Ampliatur* 3. ut nec tum poenitentia cum ex-
cuset, si quid promisit nec tamen fecit. *l. 1. §. 6. de postul.*

XIII. *Ampliatur* 4. ut nec remunerationis gratiâ,
postquam sc. fecit officium, quid accipere possit. *l. ult. C.*
h. l. 1. §. 1. de calumn. Nobiliss. Dn. Pras. l. c. non obstat l. 27.
d. donat. v. Alciat. in l. principalibus 33. ff. de R. C. Dissent.
Menoch. d. c. 344. n. 38. Theodor. d. l. lit. B.

XIV. *Ampliatur* 5. Tantum abest, ut titulo emptio-
nis vid. *l. 6. §. ult. d. off. procons. l. pen. §. 1. h. t. l. ult. C. eod.*
locationis. *l. 8. ff. h. t. mutui. l. 33. de R. C. l. pen. C. si cert.*
pet. Non obstat *l. 34. ff. d. R. C. v. Anton. Matth. t. 8. c. 2. n.*
11. & seq. aut alterius contractus specie dona accipere
possint, ut potius isti contractus sint invalidi. *d. l. 8. h. t.*

XV. Itaque rectè, *Hunn. vol. 2. disp. 32. th. ult. quest.*
77. per expr. tex. l. ult. verb. jurati, it. nihil penitus, exceptis
solis solaris concludit, quòd Judici ut Judici nihil omni-

Nō accipere liceat. Et Assessores Judiciorum Provincia-
lium in Saxon. Lipsiæ & Witteb. alibi que jurare, se pro
Judicio munera non accepturos. *In constit. Mauri. d. ann.*
1540. p. 196. testis est *Arnis. lib. 1. doct. polit. c. 13. p. m. 334.*
& formulam Juram. quod Assessores Camer. Imp. præ-
stant videsis apud *Hunn. d. l.*

XVI. Limitatur 1. isthac assertio in casibus, ubi ces-
sat ratio suspicionis. *Perez. ad h. nostrum tit. n. 6.* quod
non procedat extra officii rationem, ita ut Magistratus
ab iis licite accipere possit munera, qui ejus officio non
egent, nec coram eo litigant. *l. 6. §. 3. de offic. procons. l. 18.*
de offic. Pras. Matth. d. c. 2. n. 10. Modò in anno quantita-
tē 100. aureorum non excedant. *l. 6. in fine ff. h. t. Pe-*
rez. d. l. n. 7.

XVII. Limitatur 2. quoad consobrinos. *l. 1. §. ult.*
h. t. à quibus in infinitum, h. e. indefinitè, & citra deter-
minationem certæ summæ, quæ tamen in *d. l. 6.* defini-
ta est *Cujac. 6. observ. 18.* accipere licet *l. 7. §. 1. h. t. Bachov.*
ad Tr. disp. 32. vol. 2. th. 9. lit. A.

XVIII. Limitatur 3. quoad Uxores *d. l. 1. §. ult. h.* cum
aliàs quoque donationes inter V. & U. ex quibus utilitas
in mulierem redundare potest prohibitæ non censean-
tur. *arg. l. 16. de don. inter V. & U. l. 8. l. 17. C. eod. Wesenb.*
n. ad h. tit. n. 3.

XIX. Pœnam hujus delicti duplicem esse statuimus
vel 1. Pecuniariam sc. ut reus hujus criminis quadruplū
earum pecuniarum, quas in administratione sordidè ac-
cepit vel post eam depositam, pro administratione ta-
men accepisse dicetur, præstet. *l. 1. C. h. t. sæpè laudatus*
Dn. Pras. d. l. Id quod inter fiscum & partem læsam, cui
vi extortum quid est *vid. supr. thes. 9.* dividendum venit.

arg.

arg. l. 3. C. de assess. l. fin. d. litigios. Anton. Matt. d. t. c. 2. n. 5.

XX. Necessè verò est, ut ipse agat, qui injuriã passus est. Ubi enim alius, inquit, *Bachov. d. disp. 32. th. 9. lit. C. p. 1298.* Judicium publicum instituit, non video, quomodo parti læsæ, quæ nullam operam in reo convincendo præstitit, dimidium possit adjudicari.

XXI. Tantum verò abest, ut is qui spontè dedit pecuniam, quid consequatur, ut ipse potius puniatur *d. l. ult. C. h. t. l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. caus.* & istud quadruplum, fisco applicetur. *Bachov. l. c.* neque enim Judicium istud *in d. l. ult.* videtur populare, ex quo pœna inter fiscum & agentes æqualiter dividenda. *Magnificus Dn. Erasmus Ungepaur. Facult. Jurid. Ordin. Exer. Just. 14. q. 3. in ajo. p. 642.*

XXII. Vel 2. extra pecuniariam pœnam, ratione causæ, quæ subest, capitalis, *Petr. Gudel. de jur. noviss. lib. 5. c. 19. inf. p. 293.* sc. exilium, deportatio, fustigatio *Nov. 8. c. 8. §. 1. l. 7. §. ult. h. t.* Sic qui ob hominem necandum pecuniam acceperunt capite, i. e. ultimo supplicio *Hunn. 2. vol. 31. th. 1. q. 5. num. 10. Gædd. ad l. 103. de V. S. puniuntur.* Judex pecuniã corruptus infamia notatur *l. 6. §. 1. h. l. ult. C. de pœn. Jud. qui malè judic.* Olim in solidam litis æstimationem parti, quam læserant tenebantur. *l. ult. C. d. pœn. jud. qui malè judic.* eorumque sententia ipso jure nulla est. *l. 7. C. qn. provoc. non est necess.* Non obstat *l. 65. §. 2. ad Trebell. vid. Peretz. in C. t. de pœn. judic. n. 2.* At amplius novissima Justiniani constitutio vult, Judicem corruptum, pecuniæ, quam eo nomine accepit triplum, & ejus, cujus promissionem suscepit, duplum fisco præstare, cingulo dignitatis amisso. Et si criminalis causa sit, confiscatis omnibus bonis, in exilium mitti. *Nov. 124. c. 2. Auth. novo jure C. d. t. de pœn. jud. Conf. l. 38. §. 10. de pœn. it. Nov. 8. §. 1. Petr. Gudel. de J. noviss. lib. 4. c. 12. p. 199.*

XXIII. Hanc pœnam olim bonorum quoque publicatio sequebatur. *l. 1. ff. de bon. damn. Idem lib. 5. c. 10. p. 275.* ita ut mor-

tu

tuo reo, lite heredibus mota, ipsis auferentur. *l. 20. de accus. conf. Val. Max. lib. 9. c. 12. ex Rom. 7.* Id quod jure novellarum, per *Nov. 134. c. ult.* correctum esse putat *Matth. lit. 8. c. 2. n. 2. 3.* Non obstat *l. ult. ff. ad L. Jul. pecul.*

XXIV. Illud controversi juris est, utrum criminis hujus reus, præter accepti quadruplum, infimul extraordinariè sit puniendus? quod Affirm. *Treutl. d. disput. 32. vol. 2. tb. 9. tit. 6. ibiq; Hunn. à quibus dissentit Bachov. ad Tr. d. l. 5. disp. 30. tb. 3. lit. C.* cui negativæ etiam nos subscribimus. per *l. 1. ff. b. t. l. ult. C. eod.*

XXV. Hoc singulare huic delicto est, quòd memorata quadrupli pœna intra annum ad instar pœnaliùm actionum *§. 1. f. de perpet. & tempor. act.* etiam ab heredibus exigì queat. *l. 2. C. b. t. l. ult. ad L. Jul. pecul. l. 20. C. de accusat. l. 1. C. b. t.* præfertim cum in hoc judicio principaliter pecuniaria quæstio intendatur. *d. l. ult. Bachov. ad Wesenb. π. b. t. n. 5.*

XXVI. Quoniam verò hoc crimen publicum est *l. ult. h. l. ult. C. eod. l. 1. ff. d. pub. jud.* ejus accusatio cuique libera permittitur. *arg. l. 13. §. 10. de R. N. l. 20. d. accusat. Nov. 8. c. 7. in fine.* tam durante, quàm finita administratione. *l. 4. C. b. t. Peretz. in C. b. t. n. 2.*

XXVII. Æquum tamen est, ut potiori jure admittantur, qui suam, suorumque persequuntur injuriam. *arg. l. 1. l. 3. §. 1. d. popul. act. Bachov. ad Wesenbec. π. b. t. n. 9.* imò isti quoque fisco, qui hodiè ferè per totam Germaniam crimina publica accusare solet, sæpè citat. *Hunn. vol. 2. disp. 31. tb. 1. quest. 7. p. 380.* præferantur.

XXVIII. Concurrit aliquando accusatio *L. Cornelia d. sicariis*, si ob hominem damnandum necandumvé pecunia accepta sit. *l. 1. l. 3. §. 4. ad L. Corn. d. sicar. l. 7. pr. h. nostro tit.* item accusatio falsi, ob eandem causam. *l. 1. ad L. Corn. d. falsis.* Concussionis *l. 1. l. 2. de concuss. vid. supra tb. 9. Violentiæ. l. 7. ad L. Jul. d. vi publ.* item actio in factum, ex edicto *d. calumniatoribus. l. 1. §. 1. d. calumn. & si quæ aliæ. Matth. d. c. 2. n. 9.*

XXXIX. Ne tamen quis temerè profiliat ad accusandum istud crimen, certa pœna statuitur in istum, qui probare non potuerit. *all. text. & Authorem tb. 22. in fine.*

••(o)••

1749^t

02. April 1988

Datum der Entleiung bitte hier einstempeln!

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0463153

